

ex Concilio Agathensi, quod sexto seculo praecepit quidem, ut singulis diebus Dominicis Sacrificio Missae fiant se praefores, sed ad Communionem non adigit nisi diebus Nativitatis Domini, Paschatis, & Pentecostes. Tum ex Conc. Toletano XII. Can. 5. ubi conqueritur quidem de Presbyteris, qui offerentes non communicabant, dicens: Quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans participasse dignoscitur? De aliis vero, qui praesentes non communicarent, prorsus silet: quod non stultus, si necesse fuisset, ut aliquis saltem de adstantibus communicaret.

S. III.

Lutheranorum, & aliorum Argumenta.

IX. Obijciunt primo. Christus cum Coenam Dominicam inceptus fieri mandavit dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Missae igitur, in quibus solus Sacerdos communicat, sunt contra Christi institutionem.

X. Respondeo primo. Christus cum Coenam Dominicam fecit, fieri ab omnibus, & in quacumque circumstantia mandavit: Alioquin non nisi sub eodem, post eandem praesentibus duodecim, exclusis mulieribus, Coenam Mysterium esset celebrandum. Sed hic instituit, ut Sacerdos consecrans semper participet, ac deinde, si qui fideles praesentes sint, & petant, exemplo suo illis distribuat.

Respondeo secundo, Christum in Coena ordinasse Apostolos Sacerdotes: unde solum voluit, ut qui ordinantur cum Ordinatore communicent: quod in die Ordinationis adhuc servat Ecclesia. Vel praecipit, ut qui sacrificium (ut ipse) offerunt, de sacrificio participent.

XI. Obijciunt secundo. Apostolus, 1. Cor. 11. Coenam Dominicam privatam opponit. At enim, v. 20. Jam non est de minibus Coenam manducare. Unusquisque enim suam coenam praesentem ad manducandum. In quem locum S. Joann. Chrysol. Quod (inquit) Dominicum est, privatam fecerunt. Coena enim Domini debet esse communis.

XII. Respondeo. Apostolum, & Chrysostomum hic Coenam Dominicam nomine, celebrationem, ac sumptionem Eucharistiae non intellexisse: quae pauperibus aequae, ac divitibus per Ministrum Ecclesiae dispensabatur: sed convivium, ad imitationem Coenae Domini, post sacra Mysteria a christianis tunc temporis celebrari solitum, quod Agapen vocabant, quasi Symbolum charitatis. Cumque ad hoc divites amicis parvis conditionis, despectis pauperibus invitarent, eos reprehendit Paulus, quod Dominicam Coenam non imitarent, quam Christus cum discipulis pauperibus habuit: sed privatam facerent, exclusis aut non expectatis pauperibus, cum Coena Domini debet esse communis. Unde ait: Nunquid Agapen non habetis ad manducandum, & bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eam, qui non habet? Id est, si coenas private facere vultis, domos habetis. At in hac, quam ad imitationem Coenae Domini in Ecclesia facitis, communes habere debetis etiam pauperes, qui non habent.

XIII. Obijciunt tertio Can. 2. vel 10. ex his, qui Apostolorum dicuntur: Can. 2. Concilii Antiocheni, & Can. Perusia, dist. de Consecr. nec non verba Diaconi clamare soliti: si quis non communicat, det locum, apud S. Greg. 1. 2. Dialog. c. 22. Ex quibus constat, a sacris Mysteriis exclusos fuisse omnes, qui non communicarent: & proinde nullam Missam absque Communionem circumstantium celebratam fuisse.

XIV. Respondeo primo: Can. 2. Apostolicum dictum, eos perstringere: Qui Ecclesiam ingrediuntur, & Scripturas audient, neque in precationibus, & sacra Communionem permanent: id est, qui dum celebratur sacrificium, ad finem usque sacrae liturgiae non permanent. Ut explicent Balsamon, Zonaras, & Aristides. Vel dicit, praesentis Canonibus imponi praecipitur adstantibus de Communionem sumenda: non tamen praecipitur Sacerdotibus, ut si nullus sit, qui communicet, a sacris oblatione abstinent. Immo Chrysostomus, qui, ut supra conqueritur, quod nulli communicarent, dum offerret, a quotidiana tamen oblatione non desistit. Verba autem Diaconi clamantis: si quis non communicat, det locum exponendum est, esse dicta Caecumenis, infidelibus, excommunicatis, publice poenitentibus omnibus, quibus Eucharistiam sumere non licebat: his enim denuntiabat Diaconus, ut ex Ecclesia post Evangelium, & sermonem ante Missam Fidelium exirent.

XV. Obijciunt quarto. Sacrificium, in quo populus fidelis non communicat, vocari mancum, & mutilum a Walfrido Strabone, de rebus Ecclesiasticis. c. 22. Et ab Humberto Cardinali contra Nicetam Pectoratum.

Respondeo, vocari mancum, & mutilum in casu: non quia desit illi aliquid de essentia, aut integritate sacrificii, & in ordine ad finem primarium: sed quia desit illi perfectio quoad finem secundarium, nempe, nutritio spiritualis Fidelium, ad quem secundario, ut sacramentum est, ordinatur.

DUBIUM IV.

An liceat Celebrare sine Ministro, Vestibus Sacris, &c.

S. I.

Resolvitur de Ministro.

I. Dico. Sacerdoti non licet sacrificare, si nullus sit, qui respondeat, ac ministret. Prob. Nam etiam seculentem perfectionem sine ministro Majores nostros sacrificium non obtulisse, testatur S. Laurentius, dum Xistum ad martyrium properantem alloquens: Tu (inquit) nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. Idemque ostendit hae Tertulliani sententia, l. de Fuga in persecutione, c. 14. Si colligere interdu non potes, habes vestem. Non potes discere per singulos, sit tibi & in vobis Ecclesia.

II. Missas agere sine ministro prohibuerunt Concilia, Moguntinum anno 813. sub Leone III. Can. 43. Nullus (inquit) Presbyter, ut nobis videtur, solus Missam cantare vellet. Quomodo enim dicit: Dominus vobiscum, & Sursum corda adhaerere habere, & alia multa huiusmodi, cum alius nemo cum eo sit? Synodus item Parisiensis sub Gregorio IV. l. 1. c. 48. Cum enim irreverenter passim abusus, quod Missas (quas solitarias vocabant) sine ministro celebrarent, & ostendens, nemine adstante verificari non posse multa, quae Sacerdos in Missa dicit, injungit Episcopus, ut inhibeat: Ne in sua Parochia quicumque Presbyterorum solus celebrare praesumat. Synodus quoque Nannetensis, apud Ivonem Carnotensem, p. 2. c. 70. tandem abusus prohibuit, dicens: Desinat vobis Sanctum Concilium, ut nullus Presbyter solus praesumat Missam celebrare, qui erant dicit: Dominus vobiscum: Sursum corda: Qui gratias agamus Domino Deo nostro cum nullus sit qui respondeat? Aut in Caenone. Et omnium circumstantium: cum vero adit? Aut quem invocat ad orationem, cum dicit: Oremus; cum nullus sit, qui secum erit; &c. concludens, Quapropter illa periculosa superstitio maxime a Monasteriis Monachorum exterminanda est. Idem vetant Concilia posteriora: Mediolanense l. & VI. Remense, an. 1583. tit. 15. Tholosanum 1590. c. 6. & ante decreverat Alexander III. C. Proposuit, extra de filiis Presbyterorum: quod solus Presbyter, Missarum solemnium sine ministro suffragio celebrare non possit.

III. Id tamen aliquando concessum a Romano Pontifice refert Cardinalis Bona, l. 1. Rerum liturgic. c. 13. & confirmat Gloila ad Caput hoc quoque, apud Gratianum. Id apud Monachos olim toleratum scribit Odo Cameracensis, in Expositio. Canonis, & Stephanus Eduensis, l. de sac. Altaris, c. 13. Nec id a ratione videbitur alienum, ut quis solus diceret: Dominus vobiscum. Nam his verbis, se Ecclesiam salutare agitur, quae est una in multis, & tota in singulis: sicut cum adest solus minister, in eo totam Ecclesiam alloquitur. Quod si Sacerdos, cum solus recitat nocturnas, & diurnas preces, omnia pluraliter profert, quae plurali numero emittuntur in divinis officiis: dicit enim: Venite adoremus, oramus, benedicamus, cum nemo illic sit, qui secum adoret, oret, benedicat, nec rationi dissonum erit, si Sacerdos absque ministro, & circumstantibus celebrans dicit, Dominus vobiscum, aut omnes Fideles diriguntur: Qui assistunt quasi praesentes sint, & charitate sacramenti communicant, ut loquitur Stephanus Eduensis. Veritatem absque dispensatione sedis Apostolicae id, ne inclusi quidem Eremitis, licere tenendum est.

IV. Missae minister debet esse vir, non femina, etiam si Sanctimonialis: id enim Canonibus vetitum est. Nam Locutionem Concilium, Can. 44. Non oportet (inquit) mulierem ad altare ingredi. Gelasius Episc. 9. ad Episcopos Lucaniae: Impatienter auditivimus, tantum divinarum rerum subiectis despectum, ut femina sacris altariis ministrare ferantur: & curia, quae non nisi virorum famularum deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere. Idem vetat Conc. Parisiense VI. l. 1. c. 45. Et Nannetense Can. 3. his verbis: Hoc secundum auctoritatem Canonum modis omnibus est prohibendum; ut nulla femina ad altare praesumat accedere, aut Presbytero ministrare.

S. II.

De Vestibus Sacris.

V. Conveniunt omnes, Christum, cum sacrificium Missae instituit, quotidianum tantum, & vulgaribus vestibus usum fuisse. Certum quoque videtur, Apostolos, cum Ierosolymis primum Sacris dederunt operam, non alias adhibuisse vestes, quam quae in usu quotidiano erant. Unde Walfridus Strabo, de rebus Eccles. c. 24. Vestes (inquit) etiam Sacerdotes per incrementa ad eum, qui nunc habetur, autem sunt ornatum. Nam primum temporibus communi indumento vestiti Missas agebant. Et de S. Luciano Martyre refert Philostorgius, l. 2. Hist. Lucianum Martyrem, cum jamjam monasterium esset, & tyrannica via nec Ecclesia, nec altaris coram faceret, cumque vincula, & plaga ne quidem ut se con. curret, ei permitterent; supinum jacentem supra propriam pelliculam circumdedit sacrificium peragisse: & tum ipsum participasse, cum alius, ne de immaculato sacrificio participarent, copiam fecisset. Venit Apostolos, dum sacrificio operam darent, peccitantes vestes non multo post assumeret coepisse, cenet doctissimus Card. Bona, l. 1. Rerum liturgic. c. 24. quod his argumentis contendit ostendere dicens: Hae peremerit penula a Paula Tronade relicta: hae la-

hae laminae, seu Mira Episcopalis, quam gessisset Joannem Evangelistam, Phylargus Episcopus auctor est, apud Eusebium, Hist. l. 3. c. 37. Hae Iofala, quarum meminit Tertullianus, l. de Monogamia, c. 22.

VI. Sed quidquid sit de Apostolorum aetate, certo certius est, quarto seculo Sacerdotes ubique quovis aliis a communibus vestibus usos fuisse, dum incrementum offerrent sacrificium. Vestibus lineis (ait Hieronymus, in c. 44. Ezechielis) utuntur Aegyptii Sacerdotes, non solum in vestibus, sed & in circumferentia. Ne autem quis putet hoc fuisse peccatum in Aegypto, subiungit: Porro religio divina alium habitum habet in ministerio, alterum in usu, utaque communi. Chrysostomus, initio Liturgiae, describit orationes, quae a Graecis Sacerdotibus recitari debent, dum induant sacras vestes. Basilium suam Liturgiam hinc verbis aspicitur. Primum Patriarchae cum sequentis ordinis Clero Ecclesiasticis vestimentis induco, offeruntur in sacro ab oblationariis mandata &c. Nec Sacerdotes tantum, sed inferiores quoque ministros vestes minime communes, sed cuiusque Ordinis proprias, dum suis officiis fungerentur, habuisse ostendit Can. 41. Conc. Carthag. IV. dum ait: Ut Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis, Alba utatur.

VII. Indumenta, quibus tum Episcopi, tum Presbyteri in Missae sacrificio utuntur apud Latinos, sunt: Amictus, Alba, Cingulum, Manipulum, Scola, Planeta. Singulorum conventioniam, & significationem inter ceteros exposuit S. Th. in 4. dist. 24. q. 3. a. 3. ubi de indumentis Episcopi, Sacerdotis, & aliorum ministrorum accurate discurrit, ad quem Studiosum remitto.

VIII. Vestes sacro ministerio inferientibus benedictae esse debent, ut statuitur Cap. Vestimenta, dist. 1. de Consecratione, his verbis: Vestimenta Ecclesiastica, quibus Dominus ministratur, & sacra debent esse, & honesta: quibus alius in usus non debent frui, quam in Ecclesiasticis; & Deo digni, officii: quae nec ab aliis debent contingi, nec frui, nisi a sacrae hominibus; ne ulla, qui Balbazar Regem percussit, super hac transgredierentur, & talia praesentem veniat, & curare eos faciat ad ima. Ab Episcopo autem tales vestes sunt benediciendae,

TRACTATUS NONUS DE SACRAMENTO POENITENTIAE.



icut supernaturalis animae vita Baptismo confertur, Confirmatione roboratur, Eucharistia nutritur: ita per peccatum extincta, sacramento Poenitentiae reviviscit. Quae ratio sacramento mortuorum dicitur, & secunda tabula post naufragium: Eam (inquit Tertullianus, l. de Poenitentia, c. 4.) in peccatorum... ita invadit, ita empletur, ut naufragus alicujus tabulae situm. Hae te peccatorum fluctibus morsum prolevaris, & in peram divinae clementiae prolevaris (id est, proferet). Poenitentia, si Etymologiam spectemus, a Poena derivatur: Poenitere enim (inquit Auctor de Vera, & falsi poenitentia, c. 19. apud August.) est panem erorae, ut foveri panis in se ulsolvendo, quod fecit peccanda. Sive potius teneri poena ejus, quod admittit est. Usurpatur autem & pro dolore, qui ob commissa peccata contritio, & pro poenitentia, imponitur. Illa vocatur cordis contritio, ista satisfactio.

Porro cum poenitentia inter sacramenta hoc habeat specialem, quod non solum sacramentum sit, sed etiam virtus animae; itaque rationes in nova lege adeo sunt conjunctae, ut nec virtus prodesse valeat sine sacramento, vel ordine ad sacramentum; nec sacramentum sine virtute consistere: Ideo de Poenitentia sub utraque ratione in praesenti Tractatu disputandum est: & cum S. Doct. 3. p. a. q. 84. prius de illa, ut habet rationem sacramenti; deinde, ut habet rationem virtutis.

QUESTIO I.

De Essentia, & Essentia Sacramenti Poenitentiae.

IN hac quaestione prius quaeremus: an Poenitentia sit revocatum a sacramento novae legis; deinde in quo ejus essentia consistat.

DUBIUM I.

An Poenitentia sit Nova Legis Sacramentum.

S. I.

Acholici qui hoc negantur.

I. Primi, qui sacramentum Poenitentiae ab Ecclesia sustulerunt, videntur fuisse Phryges, seu Montanistae, quibus errorem istum tribuunt Hieronymus, Ep. ad Maxellam de erroribus Montani, & Pacianus Barcinon. Ep. 3.

vel ab alio a Summo Pontifice privilegium habente: quod Leo X. concessit Praelatis Regularibus pro suarum tamen Ecclesiarum usu tantum, ut declaravit S. Congreg. Rituum 24. Augusti 1609.

IX. Absque satis hinc vestibus celebrare foret peccatum mortale valde grave: partim ob praecipit Ecclesiastica transgressionem in re notabili: partim ob gravem irreverentiam, quae contra tantum sacramentum committeretur. Unde ne quidem, ut populus die festo Missam audiret, vel ut infirmum sine Viatico aliquo moriturum communicet, liceret sine vestibus illis celebrare: quia id sine gravi irreverentia, & vix sine scandalo fieri non posset. Praeceptum autem divinum de sumendo sacro viatico solum obligat infirmum pro illo tempore, quod illud potest sine irreverentia habere: Ecclesiasticum vero de audienda Missa fideles obligat, quando eam audire possunt celebratam secundum Ecclesiae ritum. Neque exemplo Christi, qui sine vestibus sacris celebravit prius excurratur: quia etiam Christus celebravit post coenam, quod tamen Sacerdos facere non potest. Voluit ergo Christus, ut sacrificium postea celebraretur iuxta ritum per suam Ecclesiam, cujus dispositioni hoc reliquerat, instituentium.

X. Praetermittere tamen unam, vel alteram ex minoribus vestibus, si magna urget necessitas, vel si frequens populus debet aliquo in die Missa dimitti cum magno murmure, & scandalo, licitum videretur. Ideoque in tali casu posset Sacerdos non habens stola, vel manipulum, vel cingulum benedictum celebrare sine illis, cum Amictu, Alba, & Cingulo, adhibito, si necesse sit, honesto Cingulo. Si tamen tanta non foret necessitas, factus esset abstinere, quam ita celebrare: quia obligatio ad Missam cessat, quando non potest decenter fieri.

Extra vero necessitatem, aliquam istarum vestium scienter omittere, peccatum esse mortale censent Doctores communiter. At si inadvertenter omittatur, pro qualitate negligentiae erit mortale, vel veniale. Ita Sylvius, in 3. p. q. 83. art. 6. quaestio 3. citans plures alios Auctores: apud quos plura alia videnda relinquitur; ut sine imposito huic Tractatui ad ulteriora procedamus.

Eos secuti sunt Gachari, alias Novatiani. Porro quavis aliqui confundant Novatum, & Novatianum, sciendum est tamen, tum ex Paciano, tum ex Cyrillano, Episc. 49. Tum ex Eusebio Chronico, fuisse diversos Novatus, nempe Presbyter, & postea Episcopus, Romae ex Africa studio propagandi sui schismatis veniens, inter alios Novatianum Ecclesiae Romanae Presbyterum corruptum, ut refert Eusebius, ad ann. 255. illum feliciter, qui aliquando post creatus fuit Antipapa contra S. Cornelium, ut dicitur ex Episc. 1. Cypriani, adjunctis scholis Parmelli.

Harum haeresis fuit, ut testatur S. Cyprianus, Episc. 5. Pacianus, Ep. 3. Ambrosius, l. 1. de Poenitentia, c. 2. Augustinus, l. de Haeresibus, c. 38. nullam esse in Ecclesia potestatem reconciliandi eos, qui a Baptismo in peccatum mortale lapsi essent: ac proinde nihil in hoc genere posse Sacerdotes, vel Episcopos. Hortabantur tamen lapsos ad opera Poenitentiae, & faciebant illis spem veniae, sed a Deo citra ministerium Sacerdotis obtinenda. Unde Trident. Sess. 14. c. 1. ait: Novatiani remittendi poenitentiam olim perniciter negantes magna ratione Ecclesiae Catholicae tanquam haereticis expropleti, atque condemnati.

II. Disceptatur apud Recentiores: an Montanistae, & Novatiani omne penitus ministerium remittendi peccata abtulerint, & proinde negant absolute dari in Ecclesia sacramentum Poenitentiae: an vero solum ab Ecclesia abtulerint potestatem remittendi quaedam graviora crimina, puta, Idololatriam, moechiam, & homicidium; relinquendo ei ministerium, & potestatem remittendi alia peccata, mortalia quidem, sed minus enormia: & proinde sacramentum Poenitentiae non penitus abtulerint, sed solum restringerint; in quam sententiam descendit inter ceteros Juenius: Comm. de Sacr. Poenit. q. 2. cap. 1. Sed in hac controversia immorari non placet. Quae tamen sic conciliari (puto) posset, dicendo, non unum fuisse horum haereticorum loquendi modum: quosdam rigidos omnem facultatem a quibuscumque criminibus absolvendi Ecclesiae denegasse; & hanc fuisse primam eorum sententiam: quosdam vero, ut invidiam delinquent, errorem emolliscent, ac temperasse dicentes: in Ecclesia esse quidem potestatem minorum criminum remittendi, sed non omnia, nempe, majora Idololatriae, moechiae, homicidii. Colligo ex S. Ambrosio, l. 1. de Poenit. c. 2. ubi de Novatianis sui temporis: Sed ejus (inquit) se, exceptis gravioribus criminibus, relaxare veniam levioribus. Quibus respondet: Non hoc quidem Auctor vestri erroris Novatianus ait, qui nemini dandum poenitentiam putavit. Et subinde exprobrans eis, quod in distinctione quam excoGITARANT, a Patriarcha sui sententia recessissent, ait: In eo ipsi error vestrum proprium damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum faciis, quae servanda a vobis putati, & quae sine remedia arbitramini. Ideoque antiquiores Patres, qui pu-



capit. cap. 33. dicentem: Eodem lavacro regenerationis, & variis sanctificationis emia profus mala regenerantur mundantur, atque sanantur: non solum peccata, quæ omnia nunc remittuntur in Baptismo, sed etiam quæ posterius humana ignorantia, vel infirmitate contrahuntur: non, ut Baptismo, quædam peccata, remittantur, sed quia ipsa quod semel datur, fit, ut non solum antea, verum etiam postea quælibet peccatorum omnia Fidelibus impertitur; ergo omnia peccata Baptismo delentur; ergo Pœnitenti non distinguitur a Baptismo.

XVIII. Respondeo, dist. primum conf. Baptismo delentur radicaliter, conc. conf. formaliter, & proxime, nego conf. profere ergo S. Augustinus præallata verba, ut explicet, quo modo secundum Apollolum, ad Ephos. 5. v. 15. intelligatur, quod Christus mundet Ecclesiam Lavacro aqua in verbo vita. Et dicit eam mundare per Baptismum: non quia Baptismus formaliter, & immediate delat omnia peccata, tam ante, quam post Baptismum commissa; sed radicaliter, quia per Baptismum Fideles sunt capaces, ut illis proficiat Pœnitentiâ. Unde subdit: Quid enim prædesse, vel ante Baptismum Pœnitentiâ, nisi Baptismus sequatur; vel postea, nisi peccata? Dominica, quæ quotidiana est nostra mundatio, quæ fuit, quo effectus dicitur: Dimittite nobis debita nostra, nisi ab eis, qui baptizati sunt dicitur? Ceterum, quo Apollolus dicit, ad Rom. 5. in quo omnes peccaverunt. In quantum tamen legi accipiuntur pœnitentiâ pro quacunque detractione rei præterita, per se dicitur pœnitentiâ de peccato originali, sicut loquitur Augustinus, in lib. de Pœnitentiâ (suo Auctor lib. de vera, & falsa Pœnitentiâ, cap. 8.)

D U B I U M II.

De Institutione Sacramenti Pœnitentiæ, & Partibus eius.

§. I.

Resolvitur de Institutione.

I. Lutherani, & Calvinistæ negantes, Pœnitentiâ esse sacramentum, negant consequenter eam fuisse a Christo institutam. Quamvis autem contra illos stet definitio Tridentini, sess. 14. can. 1. supra relata: attamen

II. Dico. Pœnitentiâ esse a Christo in ratione sacramenti instituta, præcipue quando, Joann. 21. v. 22. post resurrectionem insufflavit Apollolis, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remissionis peccata remittentur eis, & quorum remissionis, remota sunt. Ita, eadem sess. 14. Tridentinum, cap. 1. Dixi Præcipue. Tunc enim hoc sacramentum creditur præcipue institutum, quando Apollolis, & eorum in Sacerdotio successores collata fuit potestas remittendi peccata, tunc enim instituitur tribunal, cum conferretur Judici potestas absolvendi, & condemnandi. Licet autem alibi ante Passionem hoc sacramentum Christus insinuaverit; ut cum Petro claves regni Cælorum se largiturum promittit: Tibi absolvo, &c. Matth. 16. v. 19. & eum, Matth. 18. v. 18. cum Apollolis, Quicumque alligaveritis, quia tamen tunc nec Petrus, nec Apollolis ordinati erant Sacerdotes, credenda est promissa quidem, sed non de factò collata potestas.

III. Nec dicas primo. Quod si solum contulit potestatem, Jo. 20. cum tunc Thomam non esset præsens; sequeretur hanc Thomam non accepisse. — Nam, ut ait S. Cyrillus Alexandr. lib. 12. in Joann. cap. 56. intento Christi dantis fuit communicare hanc potestatem toti Collegio Apollolorum, & eorum successoribus: quæ intento dirigebatur non ad præsentem solum, sed & ad absentes, immo & ad futuros: Non ergo licet absenti Thomæ, a participatione Spiritus deciderit: cum de numero esset eorum, quibus dignitate Apollolatus decorati Spiritus adhibebatur.

IV. Nec dicas secundo. Si Christus ipsi eandem dedit auctoritatem Apollolis, quam ipse acceperat a Patre, sicut misit me Pater, ita ego misit vos: cum ipse posset absque sacramento dimittere peccata, hoc idem contulit Apollolis, & proinde non instituit sacramentum. — Nego enim sequentiam. Nam Christus contulit quidem potestatem, quam ipse habebat a Patre; sed non cum eadem plenitudine, & excellentia, qua in ipso erat. Ipse, ut Filius naturalis Dei, per auctoritatem peccata dimittebat; nec potestas ejus ulli signo sensibili alligabatur. Apollolis autem dedit potestatem, ut per modum ministerii peccata dimitteret: & sic per media ab ipso determinata.

V. Quare autem Christus hujus sacramenti institutionem post resurrectionem suam differre voluerit, cum tamen alia sacramenta ante mortem, & passionem suam instituerit: licet non sit alia ratio a priori, nisi voluntas Christi; non desunt tamen congruentie, quarum præcipua est. Cum enim resurrectio Christi sit exemplar justificationis nostræ, quæ a peccato resurgimus, ad Rom. 4. v. 25. Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram: congruum fuit, ut archetypus præcederet imaginem; ut sicut Christus resurgens ex mortuis jam non moritur; sic homo, qui mortuus est peccato, moriatur semel, & qui ab ipso resurrexit, non amplius moriatur.

Argumenta hæreticorum remitto ad Questionem de Confessione, eadem enim sunt.

§. II.

Quamvis sit Pœnitentiæ Sacramenti Materia.

VI. In hoc sacramento, sicut de aliis quo loco diximus, duplex est materia, seu quasi materia, remota nempe, & proxima. Dico ergo. Materia remota, seu circa quam versatur hoc sacramentum; sunt peccata actualia, seu personalia post Baptis-

mum commissa, ut destruenda; proxima vero sunt dolor de peccatis, eorumque confessio, & satisfactio. Prima pars prob. In omni judicio res, quæ in illo judicatur, & supra quæ fertur sententia, sunt materia illius: sed sacramentum Pœnitentiæ est per modum iudicii, & Tribunalis. In quo circa peccata personalia post Baptismum commissa fertur sententia; ergo &c. Tum etiam: quia ea est materia remota, circa quam versatur materia proxima: sed hæc, nempe, dolor, confessio, & satisfactio versatur circa peccata personalia, ut destruenda; ergo &c.

VII. Hic nota cum S. Thom. 3. p. q. 84. art. 2. ad 3. Quod Pœnitentiâ quodammodo est de quolibet peccatorum genere, non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali materiali est Pœnitentiâ proprie, & principaliter. Proprie quidem: quia proprie dicitur pœnitere de his, quæ nostra voluntate commissimus. Principaliter autem: quia ad destructionem peccati materialis hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccato vero originali Pœnitentiâ non est principaliter institutum, sed contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum, sed magis Baptismus. Nec etiam proprie, quia peccatum originale non est nostra voluntate peccatum; nisi forte in quantum voluntas Adæ voluntate nostra, secundum modum loquendi, quo Apollolus dicit, Rom. 5. In quo omnes peccaverunt. In quantum tamen legi accipiuntur pœnitentiâ pro quacunque detractione rei præterita, per se dicitur pœnitentiâ de peccato originali, sicut loquitur Augustinus, in lib. de Pœnitentiâ (suo Auctor lib. de vera, & falsa Pœnitentiâ, cap. 8.)

VIII. Secunda autem pars definita fuit, tum in Florentino ab Eugenio IV. in instruct. Armenorum, tum in Tridentino, sess. 14. c. 3. his verbis: Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsa pœnitentiâ actus, nempe, contritio, confessio, & satisfactio: qui quatenus in pœnitente ad integrandam sacramentum, & ad veram, & perfectam peccatorum remissionem est Dei institutionem requiruntur. Pœnitentiâ partes dicuntur. Et Can. 4. contrarium asserentes anathematæ ferit. Quod anathema cadit supra Lutherum, qui in refutatione articulorum Lovaniensium, proposuit. 37. Pœnitentiâ (inquit) a Lovaniensium Synagoga tradita (scilicet quod sit contritio, confessio, & satisfactio) est multa, nisi Juda proditoris, & similia: ita ut hæretica est damnanda.

IX. Neque miretur aliquis, quod in hoc sacramento non adhibeatur pro materia aliqua res corporalis proprie, sicut aqua, & ablutio in Baptismo; sed solum actus sensibiles pœnitentis. Nam, ut advertit S. Th. 3. p. q. 84. art. 1. ad 2. In illis sacramentis, in quibus conferuntur excellentes gratiæ, quæ superabundant omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterior, sicut in Baptismo, ubi fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam; & in Confirmatione, ubi datur presentia Spiritus Sancti; & in Extrema Unctione, ubi conferuntur presentia sanitas spiritus, quæ provenit ex virtute Christi quasi ex quadam extrinseca principio. Unde si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, et non sunt de essentia sacramentorum; sed dispositio se habent ad sacramenta, in illis autem sacramentis, quæ habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sensibiles sunt loco materiam, ut accidit in Pœnitentiâ, & Maxime in: sicut etiam in medicina corporalis quædam sunt res extrinsece adhibite, ut emplastra, & electuaria: quædam vero sunt actus sanandorum; puta exercitiationes quædam.

X. Ex hac S. Thomæ doctrina apparet, quod actus Pœnitentis, nempe, dolor, & confessio, sunt, non solum de integritate, sed de essentia hujus sacramenti, tanquam partes, ex quibus hoc sacramentum materialiter constituitur; sicut Baptismus ex ablutione; quamvis oppositum Scotistæ sentiant. Quamvis enim actus illi pœnitentis videntur a Florentino, & Tridentino quasi materia. Hoc non est, inquit Catechismus Romanus, de Pœnitentiâ num. 17.) Quod verò materia rationem non habeat; sed quia ejus generis materia non sit, quæ extrinsece adhibetur, ut aqua in Baptismo, & Chrisma in Confirmatione.

Nec obstat, quod a Tridentino dicantur pœnitentis actus preparare, ac disponere. — Nam non intendit, eos preparare; & disponere ad essentiam sacramenti, sed ad fructum sacramenti; nempe, ad remissionem peccatorum, & gratiam in sacramento obtinendam, ut ibidem Concilium dicit. Vel etiam dicat, contritionem esse dispositionem ad sacramentum: non sumit sacramentum adæquate pro omnibus suis partibus, sed solum in adæquate pro præcipua ejus parte; nempe, pro forma, seu absolutione Sacerdotis, quæ sacramentum completur, & ad quam obtinendam partes materiales quodammodo disponunt.

XI. Nec dicas: hinc sequi, quod si pœnitentis ponit materiam sacramenti, erit Minister illius factus partialis, & non solus Sacerdos. Deinde si actus pœnitentis sunt materia, jam concurrunt ad productionem gratiæ; & sic pœnitentis sibi ipsi conferret gratiam justificantem.

Nam respondeo ad 1. neg. assumptum. Nam sicut non est architectus domus, qui lapides ministrat, licet ex lapidibus componatur domus: sed ille, qui in lapidibus formam, & figuram inducit: sic minister pœnitentis non est peccator, qui suis actibus unice materiam exhibet; sed minister erit solus Sacerdos, qui absolutione dat formam, & sacramentum Pœnitentiæ speciem. Eadem ratio nec dici potest, pœnitentem se justificare, aut sibi gratiam conferre: quia licet ponat materiam, illam tamen ponit per modum rei; nec est potestatis jurisdictionis, nisi per sententiam Sacerdotis absolventis eum tanquam Judicis.

§. III.

§. III.

De Sacramento Pœnitentiæ Forma.

XII. Dico. Forma sacramenti Pœnitentiæ sunt verba absolutionis a Sacerdote prolata: Ego absolvo te a peccatis tuis. Ita faciunt eum in Florentino ab Eugenio IV. in Decreto unionis, his verbis: Forma hujus sacramenti sunt verba Absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: Absolvo te a peccatis tuis &c. Quæ repetens Tridentinum, sess. 14. cap. 3. Dicit (inquit) Sancta Synodus sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue vis sua est, in illis Ministerii verbis postea præsertim dicitur: Ego te absolvo &c. Quibus quidem de Ecclesia sancta more præsertim quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessaria.

Verba enim illa: Ego te absolvo a peccatis tuis, exprimit ea, quæ Christus protulit: Jo. 20. Quorum remissionis peccata. Neque dicas: Christus non indixit Apollolis, ut temerè peccata illa verba dicerent. — Nam neque cum Apollolis munus baptizandi injunxit, ulla verba dum baptizaret, eis in nomine Patris &c. Et tamen etiam hæretici dum baptizantur verbis exprimitur, se scire id, quod Christus injunxit; ergo Sacerdos, dum a peccatis de mandato Christi absolvit, id se facere verbis exprimit debet.

Plura alia de forma absolutionis examiniari solent, de quibus infra specialia questionem sermone habebimus.

XIII. Solum ex dictis infero cum S. Thom. 3. part. quest. 84. art. 1. ad 3. Quod etiam in Pœnitentiâ est aliquis, quod est sacramentum tantum, scilicet, actus exterior exercitius, tam per peccatorum remissionem, quam actus per Sacerdotem absolventem. Res autem, & sacramentum, est pœnitentiâ interior peccatoris (est enim res); quia per sacramentum significatur; & etiam est sacramentum, quia remissionem peccatorum significat. Res autem tantum, & non sacramentum est remissio peccati. Quorum primum totum fuit sumptum est causa secunda; primum autem, & secundum sunt quodammodo causa tertia.

Q U E S T I O II.

De Pœnitentiâ ut virtute, ejusque essentia.

CUM actus peccatoris, quos posuimus esse quasi materiam sacramenti Pœnitentiæ, nempe, dolor de peccatis, confessio peccatorum, & satisfactio pro eisdem, sint actus procedentes ab habitu Pœnitentiæ; non abs erit de virtute Pœnitentiæ, ejusque natura in hac Questione differere.

D U B I U M I.

Quid sit Pœnitentiâ, & an sit virtus?

§. I.

Resolvitur prior Pars.

I. Dico. Pœnitentiâ interior (quæ ratio virtus est; ut dicemus) ex Catechismo Romano de Pœnitentiâ, num. 4. illa est, quæ ad Deum nos ex animo convertit, & commissa a nobis scelera destruit, & adhibet nobis vitam virtuositatem, & corripit nos emendare, non sine ipse via, & Dei misericordia consequenda. Quibus verbis consuevit error Lutheri dicitur: Hoc solo labore tibi cogitandum est, quomodo futuram vitam agat bonam, quam quomodo dicit, aut dicitur præterita mala. Verum enim proderunt, & omni doctrina de conversionibus hujusmodi datur præsentibus, optima Pœnitentiâ, nova vita. Verum hinc Lutheri errorem colloctis Pœnitentiâ in solo proposito novæ vitæ, & rejectis odiis veteris; vix aliquis e Sectariis, etiam ejus discipulis, amplexatus est.

Et merito. Contrarium enim docet Scriptura, quæ numquam proponit Pœnitentiâ sine odio, ac detestatione peccati, & vitæ antea: ut Joelis 1. v. 12. Convertimini ad me... in fletu, & planctu. Ezechiel 6. v. 9. Dispicite vestimenta super malitiam, quæ fecerunt. Hic 38. v. 15. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Id docent exempla pœnitentium, Ahab 3. Reg. 21. Ninivitarum, Joann. 4. Mulieris peccatricis, Luca 7. S. Petri, Luca 22. quæ omnia ostendunt, Pœnitentiâ salutarem non solum dicere mutationem vitæ in melius; sed etiam detestationem vitæ prioris, ac odium malefactorum, una cum cura, & studio placandi Deum, eique pro viribus satisfaciendi. Hoc enim ipsamet conceptio Pœnitentiæ exprimit. Quid enim est: Pœnitentiâ me hujus peccati, nisi poena, & dolor tenet me illud peccatè?

II. Quare habitus Pœnitentiæ est ille, qui aliquis promptè reddidit ad dolendum de peccato commisso, in quantum est offensâ Dei cum emendationis proposito. Quod his verbis statuit Tridentinum, sess. 14. cap. 4. Deservat S. Synodus, contritionem, non solum cessantem a peccato, & vitæ novæ propositionem, & inchoationem, sed etiam vitam odium contritionem, iuxta illud: Proclite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis; & facite vobis cor novum, & spiritum novum (Ezech. 18.) Et certe qui illos Sacerdotum clamores confitebatur: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Labo-

ravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. & alia hujus generis facile intelliget, eos esse vehementer quodammodo vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Quod si aliquando Patres vocant Pœnitentiâ Novam vitam: sumunt Pœnitentiâ in adæquate, non vero adæquate. Sic enim utrumque dicit, & detestationem, ac odium vitæ veteris, & novæ inchoandæ propostum.

§. II.

Resolvitur posterior Pars.

III. Dico. Pœnitentiâ est vera virtus. Ita S. Thom. 3. part. quest. 85. art. 1. Et Catechismus Rom. de Pœnitentiâ, num. 6. Prima ratio est. Lex præcipit solum eas actiones, quæ pertinent ad virtutem: sed lex divina præcipit Pœnitentiâ actum, Matth. 4. v. 17. Exinde capis Jesus prædicare, & dicitur: Pœnitentiâ agite. — Secunda ratio est. Dolere, quando dolendum est, & eo modo, & sine, quo dolendum est; nemo negabit esse actum virtutis; sed hic est actus proprius Pœnitentiæ; ergo &c. Maj. prob. Nam de peccatis minus dolere, quam par est, ut de illis, qui Prov. 2. v. 14. Lavantur cum malo sceleris, vitium est; similiter ita dolere, ut desperationi homo se tradat, qualiter dolentur Cain, qui ait, Gen. 4. v. 13. Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear; & Judas, qui Pœnitentiâ ductus, Matth. 27. v. 45. suspensio absolvit, id se facere verbis exprimit debet.

Plura alia de forma absolutionis examiniari solent, de quibus infra specialia questionem sermone habebimus.

XIII. Solum ex dictis infero cum S. Thom. 3. part. quest. 84. art. 1. ad 3. Quod etiam in Pœnitentiâ est aliquis, quod est sacramentum tantum, scilicet, actus exterior exercitius, tam per peccatorum remissionem, quam actus per Sacerdotem absolventem. Res autem, & sacramentum, est pœnitentiâ interior peccatoris (est enim res); quia per sacramentum significatur; & etiam est sacramentum, quia remissionem peccatorum significat. Res autem tantum, & non sacramentum est remissio peccati. Quorum primum totum fuit sumptum est causa secunda; primum autem, & secundum sunt quodammodo causa tertia.

IV. At inquit primo. Quomodo Pœnitentiâ erit vera virtus, cum Pœnitentiâ dolorem pariat, & virtus delectationem excitet? Secundo. Quomodo erit vera virtus, cum non sit per se expetenda, sed solum ex hypothesi peccati commisi? Tertio. Quomodo erit vera virtus, si pœnitentis laude dignos non facit, sed pudore suffundit? Si hæc ratione veracundia virtus non est, ut docet S. Thom. hic ad 2. quomodo virtus erit Pœnitentiâ? — Quarto. Quomodo erit vera virtus, si est in homine nondum cum Deo reconciliato: non dum charitatem habente; sine qua homo coram Deo nihil est. V. Respondeo, nihil ex his assertum nostrum infringere. Non primum. Quia virtus non semper debet excitare delectationem ex parte objecti, sed sufficit, ut illam excitet ex parte actus. Pœnitentiâ autem, licet excitet dolorem ex parte objecti, quod est peccatum commissum; excitat tamen delectationem ratio nequæ; Quia pœnitentis, dum dolet de peccato, & de tali dolore delectatur, & gaudet se dolere, juxta illud Ps. 126. v. 3. Surgite postquam feceritis, qui manducatis panem dolentis.

Non secundum. Non enim generaliter omnis virtus debet esse per se, & nulla facta suppositione appetibilis: ut patet in justitia vindicativa, quæ virtus est; & tamen essentialiter supponit peccatum alienum. Sic ergo Pœnitentiâ virtus erit, etsi supponat peccatum proprium; quia qui lapsi sunt, per se desiderant per eam peccatum delere.

Non tertium. Quia Pœnitentiâ cum sit de peccato præterito eum proposito illud abolendi, pœnitentem laudabilem facit. Quod non est simile de veracundia, quæ Respicit turpe factum, ut presens, pro quo timet confundi... est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in presenti habeat turpe factum, de quo oportet eum veracundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oportet eum pœnitere, cum ex vitio sit aliquis virtuosus. Ita S. Thom. art. 1. citato ad 2.

Non quartum. Quia Pœnitentiâ licet non supponat hominem Deo reconciliatum, ipsum tamen Deo reconciliat: & licet non sit semper conjuncta cum charitate, ad charitatem tamen, & amorem Dei disponit.

VI. Nota pro intelligentia, ex S. Thom. art. 1. citato ad 3. Quod dolere de eo, quod prius factum est cum intentione emendandi ad hoc, quod factum non fuerit, est fultum. Hoc autem non intendit pœnitentis: sed dolor ejus est disciplina, seu reprobatio facti præteriti, cum intentione removendi sequens ipsius, sicut licet offensam Dei, & reatum poenæ. Et hoc non est fultum.

D U B I U M II.

Varia examinantur circa naturam Pœnitentiæ.

§. I.

An pertineat ad justitiam.

I. SUppono cum S. Thom. quest. 85. citata, art. 2. Pœnitentiâ non esse generalem cuiuscumque virtutis conditionem, ad eam modum, quo injustitia, seu iniquitas, est conditio generalis omnium peccatorum, & iustitia omnium virtutum; sed esse virtutem specialem. In Pœnitentiâ enim (ait S. Thom.) Invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, in quantum est deoffensa, quæ non pertinet ad rationem alterius virtutis. — Licet autem